

Innoc. VII. ex privilegio Innocentii VIII. concessio Joanni Abbati Cisterciensis, & quatuor primis coabbatibus pro tempore existentibus, tam pro suis Ecclesiis, quam pro aliis extraneis Pius IV. Abbatibus Benedictinis pro suis Ecclesiis tantum *Constitut. 97. in O. dine.* Idem etiam concesserunt Honorius II. Adrianus V. I. Sixtus I V. Eugenius I V. Ita Barbosa *de potest. Episcop. allegat. 27. n. 6.* Miranda *tom. 2. quest. 41. art. 41.* Tamburinus *de jure Abbatum, tom. 1. disp. 2. quest. 13.* Rodriguez *tom. 3. summa, cap. 19. num. 2.* Portel. *dub. Reg. verb. Abbas, num. 3.* Hieron. Rodriguez *Resol. 9. nu. 2.* Diana *part. 3. tract. 2. Resol. 15.*

Tota difficultas est; an hujusmodi facultas ac potestas sit revocata per decretum Sacre Congregationis anno 1632. die 13. Martii: quod referunt Barbosa *collecl. Bullarii, verb. Abbas, Joannes Maria Novarin. Lucerna Reg. verb. Benedicere*; & Ita habet. *Abbaies, Piores, Guardiani, & alii Regularium Pralati etiam ex Societate Jesu, habentes privilegia benedicendi vestes sacras, cometeria, & similia, dicto privilegio ut non possunt, nisi in iis rebus, in quibus sacra unctio non adhibetur, ac proinde facultas consecrandi altaria videtur revocata.* Ita M. Lezana *verb. Altare num. 3.* Notans, quod ibi ponitur benedicere pro consecrare.

Tamen opposita sententia tot summorum Pontificum concessionibus corroborata, videtur in sua firmitate stare, nec obstat prædicta declaratio Sacre Congregationis, nam Naldus *verb. Abbas num. 4.* Postquam eam retulit, subdit, quod instanti procuratore Generali Congregationis Cassinensis, ac exhibente summarium privilegiorum, ac gratiarum suo Ordini concessarum; tunc Sacram Congregationem hanc declarationem fecisse in hæc verba: *Decisionem alias à se editam, quod Abbaies, utrimque benedicti, benedicere non possunt ea, in quibus unctio requiritur non obitare, quo minus idem munus prædictæ benedictionis, quoad ea in quibus unctio requiritur impendere queant, si specialibus sedis Apostolica privilegiis, quibus Concilium Tridentinum, nequaquam derogat, muniri fuerint.* Cum ergo prædicta facultas data Abbatibus non sit derogata per Concilium Tridentinum, est in suo vigore. Ita Pellizar. *tract. 8. cap. 5. num. 103.* Deinde illa declaratio Congregationis, cum non ostendatur sufficienter authentica, & publicata, non videtur derogare tot Pontificum privilegiis bullatis, & authenticis.

Suppõsa hac firmitate privilegiorum, quæ concessa sunt Abbatibus, hæc tamen privilegia non communicantur aliis superioribus aliarum Religionum; esto generalem habeant communicationem cum aliis ordinibus, etiam monachalibus; nunquam enim ista privilegia taliter fuerunt intellecta, & ex eo ista privilegia concessa sunt Abbatibus, quia ipsi habent usum pontificalium; quod non competit aliis superioribus Regularibus, ut notarunt Suar. *tem. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 27.* Miranda *in manuali tom. 2. q. 40. art. 4.* Diana

Honor. II. Adrian. VI. Sixtus IV. Eugen. I V. Barbosa. Miranda. Tambur. Rodrig. Portel. Hieron. 11. Rodrig. S. Congr. Barbosa. Novar. S. Congr. Lezana. 12. Responsio S. Congreg. Pellizar. 13. Suarez. Miranda. Diana.

tom. 3. tract. de dubiis Regularib. Resol. 15. Paulus III. in sua Bulla anno 1549. concessit sacerdotibus simplicibus Societatis Jesu Paul. III. ut in partibus remotissimis infidelium possent altaria consecrare, ut de facto est in usu.

QUÆSTIO IV.

Sub peccato mortali celebrandum est in altari consecrato, & saltem portatile, debet esse integrum.

SUMMARIUM.

- 15 Celebrans in altari non consecrato, peccat mortaliter.
- 16 Petra aræ debet esse integra, ut simul recipiat calicem, & hostiam. significatio ipsius Petra, ibid.

**N**ecessario celebrandum est in altari consecrato, cap. Altaria 2. de Consecrat. dist. 1. aliter faciens, peccat mortaliter; est enim gravis transgressio legis, ac consuetudinis universalis, in qua nec Episcopus potest dispensare, nec summus Pontifex unquam dispensavit, ut observat Suar. *tom. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 5.* Si altare fixum totum fuerit consecratum, sufficit, & non requiritur altare portatile, seu petra aræ consecrata.

Altare portatile, seu petra aræ, non potest componi ex duabus lapidibus invicem colligatis ad modum tabulæ, quæ instar libri claudatur, & aperiatur, ita ut in uno lapide hostia, in altero calix reponatur; hoc est contra usum universalem Ecclesiæ, contraque ipsius altaris significationem; illa enim petra significat unam in Christo personam; ut bene notat Vasquez *tom. 3. ad 3. part. disp. 233. cap. 2. Vasquez, num. 16.* cum Sylvestro *verb. Altare, questio 3. Sylvest. Bonacina de sacrificio Missæ disp. 4. quest. ult. Bonacina, ma punct. 9. num. 12.* Ac proinde petra aræ debet esse integra, ut simul recipiat hostiam, & calicem.

QUÆSTIO V.

De consecratione altaris, an necessario in eo ponenda sint reliquia.

SUMMARIUM.

- 17 Non est de essentia consecrationis altaris, ut in eo ponantur reliquia, & n. 18.
- 19 Non obstat oratio sacerdotis in principio Missæ.
- 20 Loco reliquiarum non est ponenda pars corporalis, & n. 21.
- 22 Respondetur ad factum Leonis,
- 23 Reliquia ponenda debent esse sanctorum, qui approbati sunt ab Ecclesia.

**P**ro exacta explicatione hujus rei videndum est Pontificale Romanum, ubi agitur de consecratione Chrismatis, & de aliis, quæ consecrantur

Thom. Hurtadus. Scotia. 18. Panormit. Suar. Aegy. Coninch. Vasquez. Layman. Franc. Lugo. Dicastill. Galpar. Hurtad. Leandr. Castr. Pal. Diana. 19. Oratio sacerdotis. Palaus. 20. Carem. Carmel. Sylvest. Thom. Hurtad. Leon. I. 21. Panormit. Vasquez. Suar. Aegy. Coninch. Emmau. Sâ. Cardinal. Lugo. Paul. Fagandez. Diana. 22. Leo Papa. Panorm. Vasquez. Lugo.

consecrantur, quantum ad præfens quæsitum multi fuerunt Canonistæ, qui existimantur de essentia consecrationis altaris esse, ut in eo aliqua reliquia poneretur; & hanc sententiam novissimè tenent Thomas Hurtadus *tom. 1. variar. tract. 2. cap. 6. Resol. 23. num. 254.* Scotia *de sacrificio Missæ lib. 2. cap. 14. num. 4.*

Opposita sententia, quod tales reliquiæ Sanctorum, non sunt necessariae ad consecrationem altaris fixi, & permanentis, est communissima, & certa, eam tenet Panormitanus, Suar. Aegy. Coninch. Vasq. Layman. Francisc. Lugo, Dicastill. Gaspar. Hurtad. Leander, quos citant ac sequuntur Castr. Palaus *tom. 4. tract. 22. punct. 9. num. 5.* Diana *part. 11. tract. 6. Resol. 25.* Et probatur; quia licet concedamus, quod tempore antiquo præceptum erat, ne ullum altare consecraretur absque reliquiis Sanctorum in ipso positis, tamen communi, ac universali consuetudine totius Ecclesiæ est abrogatum; nam in tota Ecclesia maximè multiplicata sunt altaria, ut vix pro tot altaribus; ceteræ reliquiæ Sanctorum inveniri possunt; ergo non est obligatio reponendi ibi reliquias.

Nec obstat oratio sacerdotis in introitu Missæ: *Oramus te Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquia hic sunt.* Explicat Palaus. Quorum reliquiæ hic fuerint, vel dicuntur quorum reliquiæ hic sunt in altaribus, nempe, per totam Ecclesiam: Cæcerimoniale autem nostrum Carmelitanum *lib. 2. rubr. 53. num. 6.* disponit, quod in altari ubi non sunt reliquiæ, non dicat Sacerdos: *Quorum reliquia hic sunt;* quod etiam ex antiquis rubricis refert Sylvest. *verb. Altare, num. 1.*

Nec obstat secundo id quod ait Thomas Hurtadus citatus, quod pro reliquiis saltem reponatur pars corporalis, quod probat ex facto Leonis I. qui dedit partem corporalis, ut loco reliquiarum poneretur, si enim vestimentum alicujus Sancti, ac Crux Christi ex contactu pro magnis reliquiis habentur, & fortiori etiam corporalia ex contractu corporis Christi Tamen constans est sententia Theologorum cum Panormitano, Vasquez, Suar. Aegy. Conincho, Emmau. Sâ, Cardinali Lugo, Paul. Fagandez & aliis, quos citat, ac sequitur Diana *allegatus, §. sed licet* & quod nempe pars corporalis tanquam reliquia non sit ponenda in petra aræ, nam quamvis corporalia semper in Ecclesia fuerint habita in magna veneratione, tamen nunquam tanquam reliquiæ exposita sunt populo ad adorandum, illud tamen quod dicitur de vestimento, ac cruce Christi, ista habuerunt contactum physicum cum corpore Christi; quod de corporalibus dici non potest.

Ad factum Leonis Papæ; quod, scilicet, dedisset partem corporalis, imò & partem hostiæ consecrare, ut pro reliquia poneretur in petra aræ, ut Valdè dubium, & apocryphum rejicitur à proximè citatis Auctoribus, non est enim credendum sanctum Pontificem talia fecisse; & maximè contra reverentiam debitam Sacramento illud corruptioni apponendo. Ita cum Panormitan. Vasq. *tom. 3. part. disp. 233. cap. 2. num. 17.* Cardinalis Lugo *de Sacram. disp. 20. sect. 3. n. 73.*

Adverte tandem; quod à Sacra Congregatione Episcoporum determinatum est apud Gavantum *in manuali verb. Altare num. 12.* Gavant. quod reliquiæ ponendæ in altari sint sanctorum, qui approbati sunt ab Ecclesia.

QUÆSTIO VI.

De reverentia debita altari, ne sub eo sint cadavera, nec cum Episcopo celebrat, alius eo die celebret.

SUMMARIUM.

- 24 Sub altari consecrato non sint cadavera mortuorum.
- 25 In altari super quod vel in ejus medio est cadaver mortui, non est in eo celebrandum.
- 26 Ad altare renes non sunt vertendi.
- 27 Eo die, quo Episcopus celebrat in altari, nullus alius celebret, nisi aliter sit consuetudine introductum.

**P**rimo: Sacra Congregatio declaravit, non esse consecranda altaria, sub quibus recondita sunt cadavera mortuorum. Gavantus Gavant. *in manuali verb. Altare num. 9.* Secundò: eadem Sacra Congregatio apud eundem Gavant. *verb. sepultura, num. 9.* declaravit, quod cadavera mortuorum non reponantur; neque sub altaribus, neque sub gradibus eorum.

Tertiò; eadem Sacra Congregatio, ut refert Naldus *verb. Missæ num. 33.* declaravit, quod si darentur aliqua altaria, quæ superius, vel in medio continerent cadavera sive laicorum, sive etiam prælatorum, non esse in eis celebrandum. Quartò: eadem Sacra Congregatio, ut testatur ipse Naldus, ordinavit Episcopos Ternensium, ut faceret amovere sepulchra, quæ extabant subter altaribus vel ipsorum brachiorum.

Quintò, eadem Sacra Congregatio declaravit pro altaris reverentia, quod renes non sunt vertendi altari, & melius esse, ut Episcopus vertat renes, & terga Canonici; quam altari, Barbosa *colleclan. Bullar. verb. Altare.* Barbofa, Sexto; eadem Sacra Congregatio, approbante Urbano VIII. determinavit, & habetur ad initium Missæ Romani novi *Paramenta non debent sumi de altari pro celebratione Missarum, cum id competat tantum Episcopis, sive solemniter, sive privatim celebrent, inferioribus vero habentibus usum Pontificalium, non nisi quando in Pontificalibus celebrant.*

In die etiam; quo Episcopus in altari celebravit, nullus ipsa die potest in eo celebrare absque ipsius Ordinarii licentia pro reverentia ipsius Episcopi, ut expressè habetur *cap. finali, de consecrat. dist. 2.* & quamvis Textus dicant, ut notant Glossa *ibi*, & Ugolinus *de officio Episcopi. cap. 2. §. 2. num. 4.* Episcopo Missam cantante; tamen summarium Textus habet: *Ubi celebravit Episcopus.* Videtur, quod nulla sit differentia inter cantare, ac celebrare,

23. Gavant. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Naldus. Bonacina. Lezana. Scordia. Layman. Azor.

re, ut tenent Naldus verb. Episcop. num. 31. Bonacina de sacrificio Missae, disp. 4. quest. ultima punct. 9. num. 15. Lezana verb. Altare. n. 11. admoment tamen Scordia lib. 2. de sacrificio, cap. 14. num. 6. Layman. de sacrificio Missae, lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 10. & Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 10. Quod hic Canon videatur defuerit abrogatus aliquibus in locis, proinde consuetudini patriae, ac locorum standum est.

QUESTIO VII.

In quibus locis valeant erigi altaria?

SUMMARIUM.

- 28 Religiosi in suis Ecclesiis, tam sacratis, quam non sacratis, ac intra eorum ambitum erigunt altaria, & n. 29.
- 30 Religiosi in suis missionibus possunt erigere altaria.
- 31 Religiosi in cellulis infirmantium possunt celebrare in altari portatili.
- 32 Religiosi in praediis, ac grangiis suorum monasteriorum possunt in altari portatili celebrare.

28.

Dico primò; quòd Religiosi possunt erigere altaria in suis Ecclesiis, ac suo claustrò, ac capellis intra ambitum sui monasterii. Quamvis juri communi stando, in Ecclesiis consecratis non possit erigi altare sine Episcopi consensu, Can. Nullus, Presbyter, de consecrat. dist. 1. & cap. Quamvis dist. 68. Et hoc tamen licitum esse Presbyteris in Ecclesiis non consecratis, de quo latius Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 6.

Cap. Nullus. C. Quamvis.

Azor.

29.

Tamen Religiosi tam in suis Ecclesiis consecratis, quam non consecratis possunt altaria erigere, cum eorum loca sint prorsus exempta ab omni jurisdictione Episcopali. Et in jus & proprietatem Sedis Apostolicæ sumpta, & ad hoc adduco privilegium Joannis XXI. concessum nobis Carmelitis, & refertur Mare Magnum Carmelitar. Sixti IV. & est in Bullario Rodriguez fol. mibi 177. num. 5. In compendio Carmelitar. Discretorum, fol. 24. & ita habet, Propterea dilecti filii devotionis vestrae specialibus favoribus annuentes, vos & praedictum Ordinem, personas, Ecclesias, Oratoria, domos, res alias & loca vestra, ac spectantia ad eadem quibus inhabitatis ad praesens, vel inhabitabitis in futurum, cum omnibus rebus ac pertinentiis, ac personis degentibus in eisdem, in jus, ac proprietatem Beati Petri, ac Apostolicæ Sedis assumimus, & postea subdit, Itaque nec locales Ordinarii, nec alia gravis persona Ecclesiastica in vos, & ordinem, personas ac Ecclesias, & oratoria, ac loca, utpotè prorsus exempta, potestatem, seu jurisdictionem aliquam exercere valeat. Cum ergo nostræ Ecclesiæ sint exemptæ ab omni Ordinarii jurisdictione, inde passim in hac nostra Ecclesia Ulyssiponensi consecrata, ac aliis, Regulares erigunt altaria absque Ordinarii consensu, quamvis praedictæ Ecclesiæ sint consecratae.

Rodrig.

30.

Dico secundò: Religiosi in suis missioni-

bus pro Deo, ac fide, ac etiam in castris militum, possunt super altare portatile Missas celebrare, ita concessit Paulus III. Religiosis Societatis Jesu, & postea confirmavit Gregorius XIII. per suam bullam eidem Religiosis die 1. Octobris 1579. Quod privilegium videtur communicari ab aliis Religiosis, ut testatur Fagundez, De præceptis Ecclesiæ, lib. 1. cap. 13. num. 18. Qui in simili exercitio militum; jussu superiorum, Deo, & Ecclesiæ inserviunt; nam cum Gregorius dictos Religiosos non exclusit, eos videtur voluisse includere.

Paul. III. Greg. XIII.

Fagundez.

Dico tertio: possunt Regulares celebrare in altari portatili in privatis cellulis, ac cubiculis Religiosorum ægotantium, ad hoc ut ipsi audiant missam, & Sacram Eucharistiam communicent, est pro hac re magna concessio Pii IV. Canonicis Regularibus sancti Salvatoris Lateranensibus die 18. Maii 1565. quòd est post Concilium Tridentinum, cum clausula derogatoria Synodali Constitutionum Generalium; quòd observat Peyrin. in consuet. Pii. numero 34. & maxime est Peyrin. in usu, & practicatur in tota Hispania, teste Lezana verb. Altare num. 13. & in hoc regno Lusitanæ video frequenter observari, & ut notat Pasqualigis decis. 176. num. 5. Et ad hoc non requiritur gravis morbus Religiosi; sed fat est, quòd non possit commode exire à cellula.

31.

Lezana.

Pasqualig.

Dico quarto: possunt Religiosi in grangiis ac praediis suorum monasteriorum facere oratoria, erigere altare portatile; & in eo Missas celebrare, etiam contradicente Episcopo. Ita Rodriguez, Joannes à Cruce, & Peyrinus, quos citat ac sequitur Lezana verb. Altare, num. 15. & ratio est; quia Concilium Tridentinum, (de quo latius questione sequenti) tantum concedit Episcopis; ne permittant celebrare in domibus privatis extra Ecclesiam; atqui hujusmodi prædia, seu grangia non sunt privatae domus, non enim sunt domus privatarum personarum, aut secularium, sed communium Religiosorum, aut monasteriorum, nec omnino sunt extra Ecclesiam, quia sunt partes Ecclesiæ, ac bona ipsius.

32.

Rodrig. Joan. à Cr. Peyrin. Lezana. Concil. Trident.

QUESTIO VIII.

An Religiosi nunc post Concilium Tridentinum possint ex urgenti necessitate celebrare in domibus privatis?

SUMMARIUM.

- 33 Secundum jus antiquum poterant Religiosi celebrare in quolibet loco honesto.
- 34 Prima sententia affirmat, post Tridentinum esse revocata privilegia.
- 35 Secunda, & vera non esse revocata, sed dari facultatem Episcopis, ne patiantur.
- 36 Graves Auctores tenent fuisse revocata privilegia.
- 37 Graves Auctores tenent non revocasse pro foro interiori.

38 Sententia.

38 Sententia Auctoris, quòd licet non permittere Episcopo, Religiosi non possint celebrare in altari portatili; optime tamen in necessitate, & n. 39

33.

Certum est, quòd antiquis ante Concilium Tridentinum poterant Religiosi Missas celebrare in quolibet loco decenti, ac honesto cum altari portatili. Ita concessit Sixtus IV. Prædicatoribus Bulla 33. & idem Pontifex hoc concessit Carmelitanis. In mari Magno, ut habetur in speculo Ordinis fol. 69. & 89. & Minimis Julius II. Bulla 2. Innocentius IV. Bulla 24. Alexander IV. Bulla 14. Ita M. Lezana tom. 1. capit. 21. numer. 14. Peyrin. ad consuet. Pirrhi, num. 3. Joannes à Cruce in epitome, lib. 2. cap. 5. dub. 7. conclus. 2. Portel. verb. Altare, num. 1. Balaf. num. 2. & 3. Dicastill. de Eucharistia, tract. 4. disp. 4. dub. 6. n. 104.

Sixtus IV.

Julius II. Innoc. IV. Alex. IV. Lezana. Peyrin. Joan. à Cruce. Portel. Balaf. Dicastill.

34.

Trident.

Tota difficultas hujus rei est, an hujusmodi privilegia sint revocata; quia Concilium Tridentinum sess. 22. post Canones de Missa, ponit quoddam decretum de observandis, ac vitandis in celebratione Missarum, §. Neve patiantur, scilicet, Episcopi, Privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscumque peragi; & post pauca subdit: Non obstantibus privilegiis. Ubi privilegia Regularium ubi videntur derogari; ut tenent Navarr. Stephanus Duarantes, Henric. Suar. Miranda, Molfes, Homobonus, Beja, Joannes Valer & alii multi, quos citat ac sequuntur Coninch. quest. 83. num. 226. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 23. n. 4. & in collect. ad Concil. num. 22.

Navar. Duarantes. Henric. Suar. Miranda. Molfes. Homobon. Beja. Joan. Valer. Coninch. Barbosa.

35.

Rodrig. Villalob. Ledesma. Joan. à Cruce. Portel. Lezana. Hier. Rodr.

Verius tamen è contra Rodriguez tom. 1. Regular. quest. 43. num. 5. Villalobos in summa, part. 1. tract. 8. difficult. 23. numer. 618. Tambien, Petrus de Ledesma, Joannes à Cruce, quos citat ac sequitur Portel. in dub. Regula. verb. Altare, num. 1. M. Lezana tom. 3. verb. Altare, numer. 13. Hieronym. Rodrig. Resol. 9. numer. 4. Qui omnes affirmant, posse Regulares hodie in suis privilegiis, si Episcopi patiantur, & non contradicant: Quæ sententia mihi est vera, & in multis consului; nam Concilium non prohibet, sed dat potestatem Episcopis, ne patiantur, & ne permittant, ut privatis in domibus Religiosi celebrent.

36.

Diana. Præpositus.

Imò Diana 4. part. tract. 4. Resol. 106. cum Joanne Præposito 3. part. q. 83. num. 131. Constante videntur tenere privilegia Regularium non fuisse revocata per Concilium Tridentinum; nec obstat, quòd in fine prædicti Decreti dicatur. Non obstantibus privilegiis, exemptionibus, consuetudinibus quibuscumque. Hæc enim commode possunt referri ad immediatè præcedentia; nimirum: Atque ad ea inviolatè servanda censuris Ecclesiasticis, aliisque penis, illorum arbitrio constituentur, fidelium populum compellere. Unde censet ipse privilegium datum Prædicatoribus, ac Minoribus, cap. In his de privilegiis. Ut nempe ubicumque fuerint cum altari valeant vicariè celebrare, non esse revocatum per Concilium Tridentinum, quia jus non revocatur per clausulas generales, nisi expressè, ac sufficienter exprimat, ut com-

C. in his.

muniter tradunt Juristæ; & ut dicam infra de privilegiis, juris revocatio est valde odiosa, & hoc refert Pellizar. tract. 8. cap. 2. n. 87. Et non impugnat, sed quiescit, de quo privilegio participant aliæ Religiones.

Pellizar.

Et etiam sacrum Concilium non revocasse privilegia pro foro interiori, secluso scandalo, sed tantum pro foro exteriori ad evitandas controversias tenent Petrus ab Angelis noster Carmelita Discretus vir Doctissimus in speculo privilegiorum, disp. 7. sect. 3. §. 4. & 5. & citat Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 24. num. 8. & lib. 3. de excommunicat. cap. 40. numer. 2. Rodrig. tom. 3. questionum, quest. 15. art. 6. Sanch. tom. 2. in Decalog. lib. 5. cap. 4. numer. 16. Veiga 4. part. casu 38. compendium Societatis 1. part. fol. 68. Bartholom. à S. Fausto in thesuro, lib. 5. q. 167. numer. 5. In eademque sententia est Fr. Anton. ab Spir. sanct. tom. 1. tract. 5. disp. 1. numer. 118. De quo latius dicam agens de privilegiis.

37.

Petr. ab Angel.

Henric. Rodrig. Sanchez. Veiga.

Compens. Soci.

Barthol. à B. Faust.

Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

38.

Dico ultimo: stante Decreto Concilii Tridentini, ac Episcopo non permitte, non possunt Religiosi eligere altare, ac Missas celebrare in domibus secularium ac privatarum personarum, nisi in Oratorio approbato ab Ordinario ex licentia Sedis Apostolicæ, vel aliqua magna necessitate interveniente. Conclusio tres habet partes, & prima quòd Episcopo non permitte, non possunt celebrare est communis, & patet ex Decreto Concilii Tridentini. Ita Rodrig. tom. 1. quest. 43. art. 4. Riccius. & 5. Suar. tom. 3. ad 3. part. disp. 81. sectione 3. Suar. §. Quarta exceptio. Secunda pars, quòd non nisi in Oratorio ex licentia Sedis Apostolicæ, quam Episcopus non potest dare, ut declarat Sacra Congregatio, & refert Naldus verb. Missa, num. 31. & 32. & cum multis tenet Fagundez de quinque præcept. lib. 3. cap. 1. §. 8.

Riccius. Suar.

Naldus. Fagundez.

Tertia pars conclusionis: quòd ex magna aliqua necessitate possint hodie Religiosi celebrare; etiam in domibus secularium in loco honesto, ac decenti tenet Pellizar. tract. 8. cap. 2. numer. 90. in qua sententia sunt etiam multi viri docti ab eo consulti. Probatur primò; quia multi doctores cum Sà verb. Missa, num. 20. tenent, secluso scandalo, ac contemptu, non esse peccatum mortale celebrare in quovis loco honesto, etiam sine licentia Episcopi, dummodo celebretur super altari sacro. Secundò, Henric. Navarr. Soto, Suar. Azor. Sylvest. & alii apud Fagundez chæram, n. 14. existimant, quòd quamvis Episcopis omnino sit sublata potestas dandi licentiam ad celebrandum in domo privata, tamen in casu necessitatis eam concedere possunt; nam necessitas non habet legem, & attentata tali necessitate censetur Papa, jure ipso, interpretativè dispensare: ergo & Religiosi ex paritate rationis, Tertio, si retineas opinionem Joannis Præpositi, & Dianæ supra in hac questione, n. 36. Concilium non derogasse privilegium Mendicantium, fortis procedit Conclusio, sicut etiam si teneas sententiam modò supra relatam n. 37. Concilium non derogasse privilegia pro foro interiori, secluso scandalo, quæ sententia cum sint gravissimorum Doctorum, si Religiosus se illis accommodaverit, non condemnabo. Quarto; sæpè vidi viros doctos, ac timoratos sacra celebrare in altari portatili in domo secularium ad dandam commu-

39.

Pellizar.

Sà.

Henric. Navarr. Soto.

Suar. Sylvest.

Fagund.